

polemicis, quae adversus Helvetios, Heidelbergenses, Neostadienses, Anhaltinos, Bremenses, Cassellanos, multosque alios tam professos, quam Crypto-Calvinianos adornarunt, adeo, ut in his occupari nunc nolimus.

§. IV. Plus negotii in hoc igitur argumento nobis praefenti aetate faceſſunt varii Novatores in ipso Ecclesiae nostrae ſinu aliquamdiu delitescentes, qui, ut nullum fidei articulum, Scriptura canonica revelatum, integrum nobis huc dum reliquerunt, ita, quicquid boni ac salutaris in manefſtum Ecclesiae commodum per Concilia, Symbola, Conſistoria, ordinem in coetu publico institutum, disciplinam eccliaſticam, imo denique per ipsam Lutheri reformatio- nem tentatum ac peractum fuit, more empaectarum exa- gitarunt, & ex hominum denique corde ac memoria proſcribere tentarunt.

§. V. Et quamvis nihil frequentius in Novaturientium scriptis & sermonibus iſto insulſo & decantato crimi- nandi genere deprehendatur: *Laborare Theologos noſtrates, imprimis autem, nescio, quo fato, Vitembergenses, innumeris & infinitis praejudiciis, quibus operose refellendis tempus per- datur; ſufficere adeo dixiſſe: Praejudicia ſunt Theologica aut Vitembergenſia, ex iſpis tamen horum diſſentientium morib⁹ ſtatim appetet, verum eſſe, imo certiſſimum: a ne- mine mortalium plura praejudicia foreri & defendi, quam ab iis, qui bodie recte quidem in theſi aliis inculcant, Praejudicia eſſe deponenda, ſed perversa adeo ratione hypothefin formant, ut ſub hoc nomine omnia Evangelicorum Doctorum aſſerta & tradita ſine ullo praevio verbi divini examine, ſtatim rejiciant, nihil autem, niſi quod eorum iudiciis adverſus noſtras Eccleſias conueniat, admittant & celebrent, quod, quantopere a re- gulis bene & recte iudicandi, imo ſanae rationis consiliis aber- ret, quilibet praejudiciis non occupatus, me etiam tacente,*